

TRACTATUS
ABSOLVTISSIMVS
DE CREDITO.
EX LIBRIS, EPISTOLIS, CAMBIIS,

Apocis, Instrumentis publicis; Obligationibus penes acta, omnique alia
publica inter viuos scriptura, Pignore, & Hypothecis;

In quatuor principaliora Capita distinctus.

*QUIBUS OMNIA, QVAE AD CONTRAHENDVM, PROBANDVM, DIS-
soluendūque Creditum, in foro dubitari frequentius solent, aut possunt, non minus
clare, quam accurate disputantur, & enucleantur.*

IOANNE DOMINICO GALTO

à Florinensibus Neapolitano I.C. Præclarissimo Authore.

*Opus non solum Iur. dicentibus, & Penitentiaris, sed etiam omnibus in foro Ecclesiastico;
& Seculari profitentibus valde vtile, & necessarium.*

Cum Indicibus Titulorum, nec non Rerum notabilium Locupletissimis.

ET NOVISSIME MULTIS, ET CVRIOSISSIMIS ADDITIONIBVS
& singularibus Decisionibus ditatum, cum particulari Indice ordinatis.



COLONIAE AGRORVM.

Excudebat Philippus Gamonetus;

Anno M. DC. LIII.





AD LECTOREM.

PAucioribus in hac secunda hujus libri impressione, tecum Agendum est (humanissime lector) & pro secundo Tomo, quem pollicitus eram, has nouiter additas lucubrationes quotidiano vsu frequentatas. Accipe, quas tuis auidis subseruire commodis propense, & amanter damus; & non benigna minus, quam grata acceptatione foue, simulque plaude, ac duos alios ciuiliū & criminalium causarum Tomos jam elaboratos, & completos: si Deus dabit, expecta & Vale.





TRACTATUS DE CREDITO

EX LIBRIS, EPISTOLIS, CAMBIIIS, Apocis, Instrumentis publicis, obligationibus penes acta, omnique alia publica inter viuos scriptura, pignore, & Hypothecis.

JOANNE DOMINICO GAITO I.C. Neapolitano, praclarissimo Authore.

SUMMARYM.

- 1 Generis cognitio prior, non specie necessaria est.
- 2 Primus saltem cognitio prius proponitur.
- 3 Origo omnium materia peritallanda investiganda erit.
- 4 Quicquid ad iura & ad litigia spectat, ad creditum refertur.
- 5 Creditum a principio mundi litis excitatum.
- 6 Credere verbum variis modis accipitur, & qualiter.
- 7 Credere, verbum mutuationem significat.
- 8 Credere, verbum omnes continet contractus.
- 9 Creditum quod dicitur.
- 10 Creditum appellatione omnes contractus, & quasi contractus comprehenditur.
- 11 Obligatio in quasi contractibus videtur ex his que aguntur, & ex verbo, non autem ex credito, ut na. 12.
- 12 Creditum dicitur omne quod debetur, quatenus causa debetur.
- 13 Verbum propriam significationem penigantia tollitur per effectum voluntatis, sicut loquendi.
- 14 Verbum, creditum, an largiat se verbo, credituram.
- 15 Sententia loquens de credito, contractus, & quasi, comprehendit.
- 16 Creditum quod proprie exceptione tollitur, in statum dispositionis non contrahitur.
- 17 Creditum, de quo auctor loquitur, est de inscriptis redactum.
- 18 Materiam tractationis auctoris, in qua consistat.
- 19 Debitores qualiter cum omnes committuntur.
- 20 Debitores qualiter antiquitus per creditores multabatur.

21 Debitoris humanum corpus antiquitus erat ablativum, D. Marchionis Tapia latus ibidem.

Dei illustrati.

CAPVT PRIMVM.



I N VA RIIS, & perpetuo verum existimatur, quod Ulpianus consultus in l. 1. ff. de iustici & iur. manuisse videtur, generis, scilicet priusquam speciei necessariam esse cognitionem, & proinde magis vniuersalem, non rationem primo loco proponere, merito diiudicati originem, & significationem etiam cuius tractationem, Christo Domino fauente, dnoque Thoma ab Aquino intercedente, ingressi sumus, & repetere, & paucis praefati praedictis, siquidem turpe esset materiae pertradimus originem, non investigare, ad textum, cum eodem notatis ff. de origin. iur.

Quidquid enim ad iura, & ad litigia spectat, ad creditum refertur, cum illud licum origo, & initium dicatur, eo quod a principio mundi litum & tum litos excitauit, creditum profecto a verbo credere descendit, verbum credere variis modis accipitur, nam sumitur pro iudicare cum assensu, D. Thoma 1. q. 2. art. 1. Denique & secundo pro certitudine alicuius rei accipitur, vt ff. de iur. iur. de aliqua re, Deutoron. 26. 66. & Tob. 24. & 25. Tertio sumitur pro fide D. Tho. 22. q. 2. artic. 3. vt cum dicimus crede-